



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 94. Antonii Augustini obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

simulque Blesensibus præerat Cleri comitiis, ubi semper illorum, qui innocenter opprimebantur, causas defendebat, & pauperes singulari cura juvabat, cum vero Henricus Ordinem equestrem sancti Spiritus institueret, Ferrariensis Cardinalis Commendator nominabatur: denique Romæ in suo Palatio die trigesima Decembris anno post Christum natum millesimo quingentesimo octogesimo sexto naturæ debitum solvit, suoque testamento cavit, ut illius cor in Franciam delatum in Auxitana Ecclesia deponeretur, ejus vero intestina in sancti Ludovici Nationis Gallicæ Templo terræ mandarentur: ceterum Corpus illius in Ecclesia sancti Francisci Tiburtinæ civitatis prope Hypoliti Patruis sui tumulum reconditum est. Porro hujus Viri merita Guilielmus Blancus Venciensis Episcopus latino carmine deprædicabat.

§. XCIV.

Antonii Augustini obitus.

Hoc anno ex Scriptoribus Ecclesiasticis vita functis primo loco recensendus venit Antonius Augustinus Cæsar-Augustæ in Arragonia natus, qui evasit Vir, quo magis eruditum Hispania non protulit. Is Patrem habuit ejusdem Regni Vice-Cancellarium,

Sæcul. XVI.
A.C. 1586.

Possiv. in
appar.
Dupin. Bibl.
des Auth.
Sæc. XII.
p. 4. fol. 465.
Nicol. Anton.
in Bibl. Hisp.
Teiff. elog.

Ee 3

Fra-

Sæcul. XVI. Fratrem vero nomine Petrum Ofcæ
 A.C. 1586. Episcopum, ac denique sororem Elifa-
 betham Cardonnæ Ducissam: porro
 des homm. Antonius non modo in Hispaniæ Uni-
 Scav. versitatibus, sed etiam Italiæ Acade-
 Thu. l. 84. miis literarum studiis incumbens tam
 perfectum civilis, & Canonici jurispru-
 dentix, Historiæ Ecclesiasticæ, lin-
 guarum, necnon sacræ, & profanæ
 antiquitatis cognitionem affecutus erat,
 ut in ejus operibus circa omnia argu-
 menta, quæ ibidem discutit, mira so-
 liditas deprehendatur: hinc latinis
 suis correctionibus, quas in jus civile
 nonnisi viginti quinque annos natus in
 lucem ediderat, tam eximiam nomi-
 nis famam sibi comparabat, ut a Pau-
 lo III. Papa Romam accersitus, Roma-
 næ Rotæ Auditor nominaretur, atque
 a Julio III. ejusdem Pontificis Succes-
 sore Sedis Apostolicæ Nuntius in An-
 gliam eo ipso tempore decerneretur,
 quo Philippus II. Mariam Reginam sibi
 desponsaturus eo contenderat: Anno
 autem Christi millesimo quingentesimo
 quinquagesimo septimo Antonius a Pau-
 lo IV. Aliphanum Episcopatum adeptus
 ad Ferdinandum I. Imperatorem mitte-
 batur, inde vero redux ab Hispaniæ
 Rege Episcopus Ilerdanus nominaba-
 tur, atque in Siciliam ablegabatur,
 ubi negotiis sibi demandatis feliciter de-
 functus

functus Tridentum Synodo interfutu- saecul. XVI.
 rus anno Domini millesimo quingentesi- A.C. 1586.
 mo sexagesimo secundo concessit, ubi
 summo cum honore excipiebatur :
 Synodo autem anno sequenti finita, ad
 suam Ecclesiam sese recepit, atque veri
 Episcopi officiis, literisque totum sese
 impendens anno a Christi Nativitate
 millesimo quingentesimo septuagesimo
 quarto Turiassionensis Archiepiscopus
 renuntiabatur, ubi etiam usque ad
 mortem suam permansit, mortuus post-
 rema Maji mensis die hoc anno, ætatis
 vero suæ circiter septuagesimo.

Porro præter præfatas correctiones
 in jus insuper latino sermone vulgabat
 ea, quæ sequuntur, opera, inter quæ est
 I. tractatus de legibus, & de senatus-
 consultis, II. Collectio Constitutionum
 Codicis Justinianæi III. veteres Colle-
 ctiones Decretalium unacum eruditissi-
 mis, prudentissimisque adnotationibus,
 IV. Canones Pœnitentiales V. Con-
 stitutiones Provinciales, & Turiasso-
 nensis Diœcesis Synodi. VI. Institu-
 tiones Juris Canonici præter ejusdem
 juris compendium in tres partes disper-
 titum, ubi de Personis, rebus, & judi-
 ciis agit. Denique præter hosce juris-
 prudentiæ tractatus posteris etiam reli-
 quit varia opera summopere commen-
 danda circa numismata, & antiquita-

Sæcul. XVI
A.C. 1586.

tes Romanas. Ceterum hic Vir non modo scientiarum laude eminebat, sed etiam suam eruditionem cum solida pietate raro nexu copulabat, miroque castitatis, & temperantiæ exemplo præfulgens sua bona in pauperes tam avida liberalitate erogabat, ut post ejus obitum vix tantum superesset, quatenus sepultura suæ dignitati congrua honorari valeret.

§. XCV.

Martinus Azpilcueta vulgo Navarrensis mortuus.

Poss. & Ni-
col. l. c.
Joan. Ery-
thraeus t. 1.
Pinac. n. 5.
Thu. l. 84.

Pariter Martinus Azpilcueta celebris Jurisconsultus hoc anno mortalitatem exiit, qui sub Navarrensis nomine magis cognitus ita appellabatur, eo quod Verosanae quodam Navarrici Regni oppido prope Pompeiopolim natus esset. Hic Cadurci, ac Tolosæ studiis vacans, postea Salmanticae, & Conimbricæ, necnon Tolosæ publice literas tradebat, professus, quod Franciæ Regno potissimam suæ eruditionis partem in acceptis referre teneretur. Erat is Sacerdos, ac Canonicus Regularis Ordinis sancti Augustini ex Roncevalensi Congregatione, præcipue vero ob insignem erga pauperes pietatem commendatur, nam omnibus sibi obviis liberali manu subveniebat: celebratur etiam